

Chartar

Et iustitia.

Gen. 19. 16.

Specie virtutis, copia mai lignatit

Apoc. 1. 16.

Quare correctio citbarz do censertur

capillos trahere videbatur; qui manus ambas ad vultum tendebat, Superosque prote- stabatur. Procebat vir pallidus, impurus, acutè intuens: hic Livor. Pone dua alie mulieres erant, Calumniam dirigentes & adorantes: altera erat Invidia, altera Fraus. A tergo sequebatur Pœnitentia, Gracè Metanæa, pullas lacerasque vestes induta; qua retro caput insectans, stens & lugens pudore, venientem Veritatem excipere videbatur. Tunc formosa mulier, qua alteram fœdâ facie sinistra obstructio collo trahabat, & dextra cadebat fuisse; erat Iustitia, qua Injuriam male multabat. Elucet in huiusmodi speculo Calumnia & eiusdem comites, insidia & fraudes, vexationes Invidiæ, artes iniuriæ; ut accusatus officijs & technis caderet, quousque pedentem Veritas adveniret. In Pœnitentia videbatur virtus cum iudice largis auribus (etsi qui iudex futarris, rumfculis promptis auribus gaudet; insidiarum, fraudum, suspitionis, ignorantia & calumniarum non pœnitet) quippequam nonnumquam moliminibus arictat veritatem, per iustitiam atque virtutis speciem. Hinc Putiphar uxorem fraudem nimis credulus plausit; quia illa in argumentum fidei retentum pallium ostendit. Magnas ad iudicium, calumniæ embolij, & specie castitatis, aures habuit: crediditque uti verum, falsum testimonium, quoniam veritate artificiosè palliatum; cum cognoscere posset strophæ cogitatæ molimen, si removeret velamen. Iccircò adolefcens in pictura capillis tractus, cœlum respicit, & ad illud pro auxilio manus extollit: dum technis calumnia struitur; causa frequenter capillis trahitur: in cœlumque dirigitur deprecatio, quia libertas solummodo potest venire de cœlo. Ita calumnia florebat sine obice: modò à iustitia plectitur ac percutitur fuste, atque pudefacta fugit. Veritas tandem apparuit: visaque veritate, in calumniam mendacium evanescit.

12 Ab ore Veritatis, quæ Christus Dominus, exibat gladius ex utraque parte acutus. Erat iudex in throno, gladioque accipite cum prudentia indicatur iudicis rectitudo; ut attentis personis, & circumstantijs, expeditio causarum sit discretio: etenim si gladius signat potestatem in correctionem excessuum subditorum; dum correptione vulnerat qui Præses educens gladium, duplicem aciem debet habere telam: alias minime prudentis, sed alba iudicabitur amulsis; si subditis omnibus eadem in vulnus exponitur acies. Vernacu-

le: En la correccion no son los mejores medios, llevar a todos por los mismos filos. Ad consonantiam regimini cithare, chordæ non eiusdem soni, in prudentiæ methodum, cum discretione pulsantur & percipiuntur. Si intrassem valetudinarium exercitatus & sciens (infit Senec. 1. de Ira, cap. 16.) non idem imperassem omnibus, per diversa aegrotantibus. Diversi diversa valent medicamina morbis. Exit ex ore gladius & utraque parte acutus. Sæpe in tribunalia mendacium introducit, veritas tricis & plicis expellitur: iustitiæque gladium habet cum duplici acie; ut iuxta leges causæ dissolvantur iure: una, qua percuit mendacium in expulsiorem: altera ut protectione usque ad thronum introducat veritatem. Ergo in nostrum argumentum. Micat in ore Veritatis fulgidus ensis, dum sedet iudex ad causas in caduro tribunalis. Ut iustitia iugulatur, mendacium ingredi cupit: veritas gladium exponit. Unde cum visa veritate percussa fugiat, atque vulneri tæfecit; nec loqui quidem ictus formidine audeat, quippe vox faucibus hæret. Dialecto nostrâ vividius: La mentira, quando la verdad saca la espada; por no mirarse verida, en cada passo se corta, sin adverte a hablar una palabra.

13 Lucas Contile (Emblematib. pagin. 121.) in Veritatis symbolum propercâ exposuit fulmen & speculum. Articulus elucet mendaciæ dissipationis, ad conspectum veritatis. Fulmen mortem ictibus advocat: speculum representat. Unde cum veritatis speculum objiciat imagine veritatis pictum mendacium; species fugit, & mendacium cum imagine evanescit: igitur etsi lateat in tenebris; redigitur ad nihilum ex fulmine veritatis. Basiliscus est: proprio interficitur aconito, si se respexerit in speculo: veritasque in exilium exierit acutum gladium; quia spiritu laborum interficitur impium. Dicit nostra Tautologia. Supplantans supplantabit. Idem, altu decipiet, strueta supplantatione; ut virtus eluceat etiam in larente veritate: supplantationemque in supplantatione Propheta designat; quippe calumniam veritas absque ulla supplantatione supplantat. Ut mendacium respicit, statim dissolvit: etenim mendaciæ lethale vulnus, mutans veritatis aspectus. Hinc olim ad tribunal dies dicebatur, ut ibi litigantes conferrentur: Iccircò Propheta Evangelicus dixit: Quis est, qui iudicat me? Stemus simul: quis est adversarius? Tutus etiam veritate, non formidat

bat Paulus ab humano die; quippe illuc mendaciæ & veritatis antistrophe fiebat apodosis (Nostrates: Careo) quidem cum destrueret in disputatione ratio, quicquid mendacijs seminaverat opinio; in præsentia clarebat criminis falsitas, que videbatur ex accusatione veritas. Non fat negare, ut quilibet non sit pravus. Non fat asserere, ut aliquis condemnatur ut improbus. Dicatur dies in utriusque iudicium; mutuo se respiciant & veritas & mendacium: igitur que in absentia innocentis, prava lingua influxit accusationem; in conspectu veritatis trifulcum inveniet fulmen: & mendacium quod valuerat colore veritatis & specie, à tribunali recedet effrons & sine colore.

14 Solet multoties persillere in dedecus innocentie impotenter malignitas, maxime si fastidio cordis accedit auctoritas, & cum servili dependentia potestas. At quid inde? Triumphus reportabit veritas tandem tandem. Senec. in Troad. à v. 611. Nunc advoca astus anime, nunc fraudes, dolos, Et totum Ullissem: veritas nunquam latet. Testes apfunt oculi. Possunt falli. Socij videntur Iesum, & nihilominus dixerunt: Phantasma est. Aures etiam exhibentur testes. Etiam falli possunt aures: ut visum in Iosue, qui voces lætantium, strepitum iudicavit armorum: Ululatum pugna auditur. Qui iudex rectus, non secundum visum oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet. Unde ergo relictis his testibus, fiet iudicium de veritate? Prorsum ex tempore. Cum accepero tempus (ait Iudex iustus) que factæ sensuum horum testimonio: Ego iustitias iudicabo. Auditus fertur vocibus, oculi coloribus specierum, imaginum varietatibus; quibus utitur mendacium, in cogitatum embolium: veritatisque fidem in verum iudicium tempori tradidit; quia verum quantumvis serò, t. m. p. dumtaxat ostendit. Mendacium instat. Instet: instantia propria distulavit. Pulverem tormentarium sibi tundit: & quàm furenter artifex excitat flammam, ipso mendaciæ artificio convertitur in favillas. Suffragatur Achill. Bocchius, Symbol. 114. Terebat in mortario Admixtum sulphur nitro & carbone saligno. Tunc excussa parva ferrei Pistilli incerto scintillula tætu est. Unde excitatum incendium Ingen. corripuit rutilatibus omnia flammis, Ipsumque opificem perditum.

Senec. Canoh.

Veritatis presentia ista atque vnta mē dacta.

Contil; Car veritatis sym bolum, fulmen & speculum

Ierem. 4.

Isai. 50. 8.

DIDASCALIA III.

Salvatoris delictum, esse & adesse semper cum filijs hominum.

Grè fertur vel absentia memoria, quoniam nonnumquam amoris novercæ: igitur cum gaudia ex præsentia sint; amantium percussum eiusdem sagittis cor, plus gaudet de præsentia, quam de memoria: hac enim licet cogitationis sit gaudium, nullatenus gaudium plenum: studeatque toto corde delictarum plenitudini, quam tantum nancisci valet in dilecti fruitione. Hinc quia splendor aliquando videtur, sed lumine non potitur; Sponsa genit corde, & pro memoriali in desiderio anime, pressa vel sollicita dicit; ut videtur fuisse apud Hermann. Hugon. lib. 3. Suspir. 10. v. 25. Si mihi siereis pateat vel rimula tectis, Non querar immittes ætheris esse fores. Donec at hac captâ retinet ergastula mētem, Mens nequit agnati templa subire poli.

Est de bono oprato facietas icium, ubi dumtaxat felicitatis memoria; quia cogitationis imagine, gaudium ex sola cogitatione. Unde illa alia apud Othonem Van. Amor. Emblem. 97. se inconsolabilis solabatur, dicens cordi: Mēti mihi & presēt, licet absis corpore: mēte Te fruor & totos te gero mente dies. Me tua icium saltem satiabit imago. Sic homo pertransit in imagine, dum oculi negantur fruitioni; verum semper cum formidine, quippe absentis dicitur dolor, Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

2 Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vane sunt. Venit de cœlo, ut hominem oculis carnis videret; & videret ab homine. Illo veniente, absentia erit dilectis formidini? Est ingenium amoris, quo vel absens non abfit à dilectis. Non ut amantes faciet imago aut species; sed ut in specie aliena persistat corpore. Retorqueatur Profanus. 2. de Remedi. à v. 187. Tristes eris, si solus eris. Dominine relicti Ante oculos facies stabit ut ipsa tuos. Amor quod amas (inquit Chryfolog, ferm. 147.) non potest non videre. Quomodo credit à Deo se amari; cuius non meretur aspectum? Percutitur cor amantis, sagitta absentis; quippequam ab eius flamma ferri non valet absentia. Suos dilexerat Dominus, & usque

in

5. Cor. 4. 1. Mendaciæ vulnus, veri tatis af pectus.

Senec.

Matth. 24. 26.

Exod. 21.

Isai. 11. 8.

Psal. 74. 3.

Veritatis tantum tempus ostendit.

Achill. Bocch.

Memo- ria in amore, gaudium sed non plenum.

Herm. Hug.

Absentia novercæ amoris.

Otha Van.

Idem. Emb. 64.

Ovid. Chryfost log.

Dilecti aspectum desiderat, qui vult amari.

in finem dilexit eos; ita ut in cursu dilectionis nullus videretur post; & illa excessiva affectio etiam post vitam perleveraret in cursu. Quare cum recessisset in locum destinatione orationis; *Ipse abusus est ab eis, quantum iactus est lapidis.* Avulsus? Motus utique violentus. Si à dilectis remotus, ergo abusus: etenim ita diligebat; ita amore flagrabat; ut licet brevi spatio distaret, minime diceretur quod recessisset: cum doleat absentia uti telum cordi amantis; motus cordis icti, quasi avelleretur ab illis, Magister celestis, & discipuli motus se respiciunt in amore. Illotunc cum ab eis paululum secedere vellet; Dominus illis dixit: *Sustinete bire.* Quod sustinendum? Gravissimum sanè cordolium. Magistri nimirum absentiam, diligenter dirisimam: in illisque dicitur acerbicatis perpessio, quod in Magistro amante cordis avulsio; ut pateret quantus dolor ex absentia, dum amore exultant corda: igitur in signum afflictionis, & gravissimi cruciaminis, discipuli absentiam sustinent tamquam amoris tormenta; Magisterque patitur, quasi avelleretur viscera. Apposite de absentia queritur amans, apud Plautum, *Cistellar.* Act. 2. scen. 1. v. 14. inquit: *Neque licitam intèrè amicum visere. Es sine hoc miseram memoratu!*

3 Memoratum huiusmodi scena icti amoris in cenaculo; dum hora venit Iesu, ut transiret ex hoc mundo. Abest? Et dirà passione. Discendit? Profectò è eruce. Quo ergo animo dilectus & diligens equuleum petulit absentia? Est amor eius insignis: caret alis: & ita in absentiam disponitur, ut in motu non moveatur. Ardet Intra & extra nobile pectus; ac contra telum absentia valet ingeniosus amor (annunciate inter gentes studia eius, in absentia validissimos ictus) equidem presentiam cogitavit in ipsa absentia. Sed quomodo? *Cœna facta.* Expressit, *Opusc.* 57. Angel Doct. *Sacramentum instituit* (ait) *tamquam passionis sue memoriale perenne; & de sua contristatis absentia, solatium singulare reliquit.* Singulare: etenim qui absens putabatur per mortem, simul habebant in Sacramento presentem. Aliter factum (quæ non eum cognovit, neque respondit pulcantis vocibus) Synagoga; & aliter in Ecclesia, quæ futura sine macula, aut ruga. Ille ibi declinaverat atque transferat. Hic transferat, ceterum non declinaverat, remanens in Sacramento augusto, amoris singularis ingenio: igitur cum dilectis permanet præ nimio amore, usque in mundi

Luc. 21. 41.

Matt. 26 58.

Quam gravi g. unna cordi diti genti a. sentia!

Plaut.

Ioan. 13 2.

D. Tho. Quæ amoris industria à Christo delusa ab sentia?

Canti. 6.

finem & consummationem sæculi. Hinc de eius absentia tristibus, dixit hic: *Naturbetur cor vestrum; neque fornicat: Vado & venio ad vos.* A vobis per mortem vado: ad vos per Sacramentum utique venio: equidem per huius mysterij gratiam (cum absentiam concilium & presentiam) transco, verum non declino: miro modo vado & venio: vado pro vobis sine vobis in interitum; amoris nihilominus ingenio maneo vobiscum. Sic his qui diligunt, ut in corpore & sanguine fulgeat *Testamentum novum.* Crescit pro vobis pectoris flamma. Ecce nova facio omnia. Patet etiam absentis presentia ut dicat cor diligenti: *Illic te invenio, quamquam reg. orbibus absis.*

4 Sanequam invenietur qui presentem, quantumvis absens ab oculis; ut post excessivi amoris demonstrationem, etiam ultra finem extenderet ingeniosè charitatem. *Cum dilexisset suos qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos:* inquit Evangelista. Pende verborum emphasim: Amor eius erga suos iam in fine erat; quia venisse dicitur hora; ut ex hoc mundo morte interveniente, transiret. In vita sine claruit expressisse amorem. Quid ergo est, in fine vite, flammam dirigere in amoris finem? Qualis & quinam amoris finis; ubi ex mundo transcurrens signatus finis amoris? Alium utique finem illa in dilectione habuit; dum amorem ex fine, in finem amoris meditanter extendit. Summè namque suos dilexerat, quum propter illos ex hoc mundo transibat. Hoc in amore erat maximum quod sic; sed in fine & ultra est: at in tanta amoris flamma, in fine cogitavit pro fine aliquid ultra; ut à fine usque ad finem sua viter & fortiter disponderet omnia, maximeque quando visa impossibilia; ut esse absentem, & presentem per amorem; & in fine cum vehementer dilexisset, in amoris finem dum venit hora, dilexit; quippe nactus Eucharistia meditanter instituta, amoris ingeniosa intelligentia (quippequam panis vite & intellectus, ad insigne amoris opus) ex hoc mundo absens transiret, ac in mundo permanere. Dilexit cum dilexisset, & usque in finis finem eximie dilexit: igitur relegans ex morte absentiam per cordis altuantis flammam, extendendo charitatem; in fine vite vehementissimè amantis, transivit etiam in amoris finem. *Consummatum est summum* (inquit Senec. de Vit. beat. cap. 9.) *nec quicquam amplius desiderat. Nihil enim extra totum est; non magis quam ultra finem. Queris enim ali- quid supra summum.* Nesciebat Stoicus

Ioan. 14 18.

Luc. 22 40.

Ovid. Epist. 21 v. 1272

Ioan. 13 21.

Ex hoc mundo morte transis, quasi morte non transires.

Sapio. 8 1.

Quo ingenio charitatis, abest à mundo presentia

Senecæ Quomodo ultra finem in fine vite dilexit

sc-

caelestis amoris artem, cum non perspiceret consummationis finem. Est aliquid extra totum. Plura occurrunt ultra summum: cum finis detur ad amoris plenissimam maiestatem, & sit aliquid pretiosus ultra consummationem finem: quandoquidem qui summum inflammato corde diligit, incipit clarius demonstrationem, quum definit.

5 *Ego te clarificavi super terram:* dixit Patri caelesti in cenaculo, Christus Dominus, instituto Sacramento. *Opus* (inquit) *consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam.* Periodus implicat, quippe tricas glomerat. Unde facturus quod perfectè consummaverat? Quod summum, nec quicquam amplius desiderat. Quomodo consummatum opus, si aliquid amplius? Extra totum concipimus partem? Non aliquid ultra finem. Quid quod facturus, si consummatum opus? Reitat in cogitamentis ingenium. Faciet opus consummationis. Opus erat amoris, per mortem generis humani salvatio; ita ut transiret qui Redemptor ex hoc mundo. Iam venerat hora, ut transiret; sicque in fine vite, ut opus consummaret, dilexit: at respiciebat in finem amoris, nobile studiosum pectus; ut faceret & perficeret quod consummaverat dilectionis opus, discedens è mundo, & in illo cum suis mirificè permanendo: cœnaque facta, in qua instituit Sacramentum, totum amoris opus designat ac amussim consummatum; quippe nactus plenitudinem, & amoris perfectionem, ubi transiens ex hoc mundo, amor exhibuit substantialiter presentem. Eximia de fine ad finem dilectio, claruit flagrantis studio; & perfecta fuit obsequio: igitur ita transiens è vita presentiam in Sacramento disposuit; quasi transiens non transiret: eius enim erat absentis desiderata presentia; quia dum transibat, exposuit sub specie peregrina. Peregrina species? Næ.

Srat. 2 Theb. v 334.

Nihil transi amantes.

6 De Histicratæ Mithridatis Spongia, refert Plutarch. in *Lucull.* (& de multis alijs Sherlog. Tom. 2. in *Cantic.* à fol. 186.) cum ille abiturus in prælium, eam relinquere, cogitaret necessarium, ac diligere nimum: ingenio amoris invenisse, quomodo absentis presentia posset gaudere: esseque cum dilecto, ut responderet amanti, quin cognosceretur, nec videretur esse. Mutavit habitum, in amoris lenocinium, sequens dilectum, presentem utique corpore; verum sub aliena specie. Quid si huiusmodi inventiones amor fragilis, non cogitabit caelestis? Operatus est amor Iesu mirabilia, ut corpo-

ris (morte absentis) confirmaretur presentia. Ni qui transiens presentem sit, separat amara mors. Ex morte absentia à dilectis, in rebus articulo, necessaria. Amanti eximie necessaria presentia; qui non videre quod diligit, ferre non valet. Impedit ex mando transitus. Ergo consummatur summæ dilectionis opus, à fine summum, usque ad summum finem. Velum igitur assumatur (transiente vitâ) ex mirifico pane; & erit presentem sub aliena specie: sic enim transit in mortem, amoris finem; ac simul superat mortem: etenim cum suis presentem corpus ingeniosè manet, quasi mortem non transisset. *Visibile invisibiliter sumitur, aliena specie occultatum;* inquit Magister Angelicus, ubi supr. Aliena species est amoris ingenium, ut ostenderet opus & amorem consummatum; se presentem invisibiliter visibilem, in absentia discipulorum solamen: etenim quamvis ex hoc mundo eruis morte absunderetur; cum suis erat, & presentem, citò specie oculis non videretur.

Oculos suos, sed visibulum manet.

D. Tho.

Ioan. 16 16.

Vnde videtur, est non videtur

7 Intelligitur ex presentia sacramentali, quod alias prorsus difficile. *Modicum & iam non videbitis me* (dixit tunc illis) *& iterum modicum, & videbitis me, quia vado.* Si abest, quomodo visuri? Absentis testes non oculi. Quomodo non videbunt post modicum, & post modicum videbunt? Per institutionem videbitur Sacramenti, quod vulgari intelligentia indicatur impossibile. Vident illum, quia vadit: Sacramentum instituit: equidem cum abiret per passionem, abentem, in Eucharistia illum habebant presentem. Post modicum non videbitis, quia vado: & quia vado, etiam videbitis; quin corporis mors interdicat presentiam, quamvis in absentiam vadam: siquidem quoniam vado ultra oculorum aspectum, videbitis idem corpus aliena specie occultatum. Transeo è mundo, sed persisto in Sacramento: videbitisque, quia vado, ex summi amoris ingenio: igitur fecit industria, ne deficeret etiam in morte presentia. Est modicum temporis, non amoris intervalum, ut hithoc insigne admirabili prodigium. Non videbitis; & videbitis, arte mirifica amoris: etenim idem corpus sine concessum desuper; vobis in solatium erit visibile invisibiliter.

Exiit cultum,

Quisquis mansuri curam amoris habet.

8 Pungit mentem, scire quo intaitu Dominus Iesus suum corpus in Sacramento tradidit illis; antequam traderetur pro illis. In qua nocte tradebatur (aitraie Paulus) accepit panem, & dixit: *Accipite, & manduca-*

Ovid. de Art. v. 241.

1. Cor. 11 23

sa-

*cate: Hoc est corpus meum.* An ut minime formidarent, nec esset creperum illis, non abesse post mortem; cum in Sacramento iam haberent presentem? Perperam retrahet a presentibus gratiam, qui multiplicat antequam transcat, presentiam: igitur pro illis tradendus, iam traditus illis; ut etiam per absentiam inducendam per passionem, nunquam a suis contemplerentur absentem. Perferentur, ante horam passionis, quomodo traditus illis. Traditus, ut nobis traditur, & eius presentia felicissime fruimur? Traditus ut traditur nobis, gloriosus & impassibilis? Nullo modo. Corpus passibile illis a Christo traditur; quae de causa subdit: *Hoc corpus meum, quod pro vobis traditur.* Si pro illis traditum morti, sanè passibile. Passibile, & in sacramento? Quodnam? Facillime mirabili modo; ita ut gloriosum esset corpus, & passibile; uti accidit in Thabore? Videretur sanè ficine, esse corpus passibile, & non esse. Non esse, quia in Sacramento concessum: & esse passibile, quippe cruciatibus traditum. Quis sapiens, & intelliget hæc? Ne iudicetur corpus alterum; dicitur *Hoc*. Quomodo hoc, passibile & impassibile? Quia ipsum est, & non ipsum. Ipsum quidem materialis essentia; sed non ipsum visibilis forma: igitur in sacramento, mortale erat modo incorruptibili; cum esset morti & passionibus alterabilis substantiæ; ita ut corporis modus esset in Sacramento gloriosus; & visibilis substantiæ, alterabilis & passibilis status. Videtur Ivonem Carnotens. *Epist. ad Aymeric. Abbat. & Bibliotech. PP. Tom. 1. pagin. 486.*

9 Hoc opus ingenij amoris, ut fugiens oculos, & post velum stans respiceret per cancellos: equidem iam presentem modo impassibili in Sacramento discipulis; priusquam propter passionem corpus abiret ab oculis: & ne illorum moelium cor vel tunc premeretur dolens; in solamen erat illis modo impassibili presentem. Idem erat corpus non visibilis forma, sed materiali substantiæ, & geminata presentiam; ut vel absens esset presentem (in vehementiorem demonstrationem amoris) & propria & aliena specie, summæ dilectionis arte. Propria, ut passibilis ab eis in crucem abiret: aliena, ut impassibili modo absentibus permaneret. Idem profecto corpus est. Hic & ibi verum *Hoc*; ut per essendi singularem modum, absentes etiam obtrinerent aspectum; quin eiusdem corporis inveniuntur discrimen, inter physicam presentiam & novam sacramentalem: igitur si

An Christi in sacramento infirmitas traditur corpore passibile, vel impassibile?

Erat passibile in sacramentis, sed impassibile modo.

absens quoad exteriorem formabilem formam, cum illis presentem permanebat quoad substantiam. Presentem idem corpus in blandimen amoris; & simul absens, ut patri posset pro illis. Hinc illis dixit: *Si diligetis me, gaudebitis utique, quia vado.* Cui non tristitia ex amantis simulque dilecti absentia? Cui ex absentia mirabilia. Gaudium est ex re presentem; & absentia exponitur tamquam articulus gaudij; quippe ingenio amoris factum portentum, ut memoria mirabilium: quando quidem miro modo in gaudij resultantis fructum; vel in absentia admirabantur presentem.

*Hic abest, & adest noster celeberrimus absens.*  
10 Videtur hominis imbecillissimo amoris, cum vita posse deficere. Errat, siquæ fallit, qui in amore per mortem finem querit. Manet etiam post factum, quippe verus nullum novit habere modum. Caritas nunquam excidit.

*Traiecit & fati litora magnus amor.*  
Amor celestis non volitat alis. In dilecto firmabitur & non flectetur. Dilecto adheret, mansione facit; & quia summus, nequaquam commovetur in medio eius: est commovetur orbis & montes transferantur in cor maris. Admirantiam, quid feci per Sacramentum? *Mittam vobis* (dicit illis) *a Patre Spiritum, scilicet, veritatis;* ut per illum cognoscatis veritatem amoris. Spiritus Sanctus est amor summus. Unde ut summus cognosceretur amor? Ex modo adventus in orbem, quo demonstravit excellentiæ proprietatem. In mundo linguis ignitis apparuit; ex quo de caelo sonus, tamquam adventantis Spiritus. Presentiam Apostolos illustravit, quando de caelo descendit. Ibi mansit. Cur si de caelo in illorum corda designatur illapsus; haud memoratur, quod in caelum sic reversus? Quippe amor summus; famamque in homines amor de caelo valet ad illos descendere; sed ab illis non abire. Eius delicia esse cum filiis hominum, quasi in obsequium: signumque exponitur descendit, & nequaquam abeuntis; quia simul atque ad homines e caelestibus descendit, ob amoris excessum cum hominibus remansit. Curfus amoris in homines, est conversari cum illis. Non erat datus Spiritus, quousque Christus fuit in caelo collocatus. Venit, cæterum non abijt, summum exponens amorem; ut semel visibilem, semper haberent presentem.

11 Elucet unde summus divini Spiritus amor, & etiam ratio qua mittitur: sed

Ioan. 14. 28.

Ovid. 1. Tri. 1. v. 9.

Propert. 1. 19. v. 12.

Ioan. 14. 26.

Act. 2.

Cur Spiritus Sanctus dicitur amor summus.

Medus Christi corporis in Eucharistia.

Ioan. 16. 7. Gregor. Magn.

Cur eius typus, Spiritus Sanctus dicitur advenit?

Ioan. 11. 3.

Hominis amor verus sui Deum sapientem esse cunctis.

Otho Vzn.

Qui Deus amat, ubi affertur.

exponere restat, cur dicitur *Spiritus veritatis*, ad exprimentam presentiam ex amore Salvatoris? Ille venit in igne, Christus transubstantiatur in pane. Ut uterque esset visibilis, aliena desumpta species; ac possent presentes esse & presentiam non notari: amorque summus *Spiritus veritatis*, dicit Christi in Eucharistia magnitudinem amoris; quoniam si Spiritus invisibilis visibiliter datur, corpus Christi visibile, invisibiliter ab hominibus suscipitur: igitur eius fauste gaudemus presentiam; quin presentis videatur ulla substantia. Ideo ni è mundo Christus discederet, in illum Divinus Spiritus non veniret. *Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos.* Singulariter, 2. *Dialog. cap. 38.* interpretatur Gregor. Magn. *Si corpus non subtraherem (inquit) quid sit amor Spiritus, non ostendo.* In absentia Christi videbitur quid amor est, & in quo summus sit. Veniet Spiritus-Sanctus; sed postquam abierit Christus; qui exhibuit presentiam sacramentalem, in summæ dilectionis expressionem. Erat absens & ibi erat. Ibi singulari modo, qui etiam videndus Spiritus-Sancti adventu: & in absentia Christi huiusmodi presentiam designatur forma; ut famam exortis exponatur summa: equidem excogitabit uti cunctorum artifex, quomodo (quin videatur) assitit presentem; & quamvis uti presentem non videant, eius presentiam secum ad favorem habeant. Amor divinus etiam absens non recedit; nec sicut in homine levissimo statu languet.

12 Cum præ ægritudine in lecto decumbere Lazarus; expectarent sorores an deserviret morbus: at cum febris symptomate languens clangens exurit; miserunt ad Christum, dicentes: *Ecce quem amat, infirmatur.* Pendet. Haud, *Eum, qui amat, gravis præoccupavit infirmitas;* sed *infirmatur quem amat.* Non novum: uti venit, si amor residet in humato pectore, non quod languet amore; cum plerumque fiat, quod amor infeliciter languet: e contra verò ut trahat, amor Christi magis validus; modo infirmetur dilectus: equidem ut reviviscat; ope egent medici prorsum celestis, quæ infirmitates clangentis amoris. Apposuit Otho Van. *Amor. Embl. 89.* accinit:

*Sanus amor morbum posse ergo suadet amoris: quem metuens, perit, prodere creber amans.*

Ut revalescat amor, presentem profecto medicamen, amore nosse languentem, vel in aspirantibus in virtutis perfectionem; Tom. VIII. Taut.

igitur à medico invenitur summè frigida; quæ ab infirmis altimatur intolerabilis flamma.

—Frigidus ignis amor.

Dum levis iudicatur imperfecto, cogitatio invenitur sine iudicio: siquidem indicatur per sequentem infidiosam mortem, languorem non fuisse levem: imò magnitudinem flammæ pectoris scintillantem, internam prorsus frigiditatem cordis.

—Tremulum iubar hæsitat ignis.

13 Ulterior. Respectu intentionis charitatis, qua à Salvatore diligitur homo; flagrantior hominis amor, non amor, sed ægritudo: igitur quantumvis officijs respondeat amanti; non poterit respondere unum pro mille. Si diceretur, *Qui amat, infirmatur;* meritum amantis diceretur, exigens amoris valido iure, à dilecto redamari; dumtaxatque dicitur: *Infirmatur, quem amas;* ut innotescat amoris Christi subtilitas, cum hominem diligit, quantumvis huius amor ex debilitate languet: etenim promittit magnitudinem amoris, dum diligit sine meritis. Patet per indicem lachrymarum. Iesus tunc flevit, & circumstantium iudicium: *Ecce quomodo amabat eum.* Non solum exprimentur amorem in Lazari obsequium; sed etiam amoris modum. Amor in se inestimabilis; in modo magis insignis: siquidem excessum sensibilibus signis manifestavit, non solum cum amor dilecti languit, sed cum mortuus à corde sine ullo motu iaceret. Vidit, quem amabat, sic; & continuo *lachrymatus est Iesus.* O tot tantisque amoris studijs ingratisimus homo! Dignum utique vehementer amantis actus; quod obsequio singulari demonstrat totum amorem, dilectumque videt, nihil ad obsequia respondentem. *Ecce quomodo amabat eum.* Mirum, sed in Christi amore magnum; quod amor promeretur excessivus, ubi ad redemptionem in corde nec erat sensus.

14 Ergo in Didascalæ institutum. Christo nunciatur dilecti infirmitas: per illum post discipulis mortis acerbitas, quibus dicit: *Gaudete propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi.* Sciebant, ibi non fuisse, languori successivâ morte Lazari. Quid ergo ab illis credendum, si palam cognovimus? Quod cum illis facturus in Sacramento altaris, antequam hostibus tradetur pro illis. Ubi Lazarus mortuus, corpore presentem non erat; quippe à loco longius aberat: & ex huiusmodi absentia articulo fides petitur; ut cognoscat, quid ergo illos eius amor meditatur, uti in igne mi-

Ovren. 1. 26.

Lucret. 5. v. 698.

Christus a nante amat, et si in ano re laqueus scit.

Verf. 35.

Verf. 36.

Amor se licet peccatoris ad amorem.

Verf. 19.

Amoris cognoscitur magnitudo, ex salutaris præsentia in Sacramento.

raculum & charitatis extremum: igitur si summa amoris singularibus demonstratur studijs; summum erga amore astantis peccatoris flammam, etiam absentis invenire praesentiam: ita ut ingenio amoris demonstraret charitas, cum quibus in terris Salvator habet delicias.

Juvenal

Charior est illi homo, quam sibi.

Succinit Juvenal. Satyr. 10. v. 350. Quam sibi. In articulo perproptie; & exhibitione astruitur, ubi pro nobis penis voluptate traditur. Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis. Imo coelestis Pater, filio non parcens, quem habebat charum, pro nobis omnibus tradidit illum. Neque enim necessitatibus tantummodo nostris provisum est. Usque ad delicias amamur: ait Seneca. 4. Refef. cap. 5. & lib. 2. cap. 9. Assidua natura natura inausultantia; consuetudo ne cessante est, in delicijs te illi fuisse. Ut constet fide, officia praeiitit Salvator demonstratione; praesens permanens nobiscum in ipsa absentia, ne evanesceret, quas nobiscum inlustravit, deliciarum suavia gloria. Dicamus ex Hesio, 3. de Charitat. Emblem. 5.

Ephes. 5. 2.

Senec.

Homo Christi delicia.

Cuiv. Hef.

Ingenij plena, mira res amor.

DIDASCALIA IV.

Virtus inlyti Larentij singularis in certamine.

Certum quid, ignorum & notum, habent aliquorum nomina, virtutis spectabilis insignia; victoriam praeseferentia: ita ut dum praesens eorum virtus; in certamine non sit certamen, sed triumphus: equidem inexpugnabiles cum in certamina exeant; inextinguentes, ut vincant. Copijs innumeris & selectis venit Timotheus adversus Regis mandata tementes, sperans virtute exercitus illos tradere vinculis. Applicuit, verum confictum suspendit. Cognoverunt castra Timothei, quia Machabaeus est, & resugerunt a facie eius. Terruit nomen, & cessit triumphus, antequam moveret manus: equidem hostes validi Ducis cognoscentes inflexibilem virtutem; praese timore ausi nec videre faciem. Antequam pugnetur lauro in triumphum redimitur, ostendens vel in nomine invincibilem cordis visitatem; ubi nominis noxia, victoriae insignis conciliabat honorem. Tyrannus Laurentium timet: coronae antequam contem-

Eius certamen tyrannus renuit.

1. Mach. 5. 34.

Quis ante victoriam vicit.

deret, & nomen & omnia habet. Succinit Tamaus in eius festo:

Si queras nomen, Laurentius ante verendum Designat nomen Laureae clara suum.

Altipulatur cogitationi Calsiodor. 10. Variar. Epist. 7. lam vocabulis honoratus (ait) nam perpetua fruitur laude; cui est honor in nomine. Contulimus dignitatem, ut qui est clarus nomine, magnificus sit honore. Lucan. 7. Pharsal, a v. 209.

Attonitum omnes veluti ventientia fata, Sive aliquid magnis summi quoque cura laboris

Nominibus prodesse potest, cum bella legentur.

2. Bellum electum inter Laurentium & Valerianum tyrannum, qui victus & nomine virtutis & virtute nominis. Ferro & igne (ut ait Chrysol. serm. 135.) parat pugnam verum contulit victoriam. Irrisum se doluit crudelis tyrannus. Non solum superatus, sed irritus? Utique. Erat adamas Laurentius. Eius conditio floreat in corde: adamas profecto nec cedit ferro nec igni.

Pecoris indomitum solido ex adamante vigore.

Canit Dionys. Petavius, apud Picinell. lib. 12. Mund. Symbol. n. 7. Apposuit Seneca. Quid artificis propositum? Uxor, si laboravit in nomen (inquit Epist. 65.) vel religio, si domum templo paravit. Utriusque Laurentij propositum, ubi cum tyranno inijs gloriose confictum: & canit classicum: igitur & nominis in lauream demonstravit virtutem; ac sui cordis in domino ostentavit religionem. Animas describitur a Stoico, Epist. 64. In quacumque positione mentis (inquit) libet, omnes casus positione vocare, libet exclamare: Quid cessas? Congregare, paratum vides. Ilius animum in duo, qui quaerit, ubi se experietur: ubi virtutem suam ostendat. Libet, aliquid habere quod vincam; cuius patientia exerceat.

Laurentius visis in crucianna instrumentis, lacessit. Specie fatiscit? Nullo modo: habet quo ostentat virtutem, & in triumphum clarum nomen. Sanne in triumphum, dum illi prae non dolorem praestabant, sed refrigerium. Libuit omnes casus provocare. Libuit exclamare: Tyranne, quid cessas? Ecce assasti me una parte regina aliam & manduca. Siccine etiam ministrantibus prunas insultat Levita Christi. Vid. Tautolog. praeced. D. 5. n. 2. Prudentius in Peristephan. a v. 641. accinit:

Hac ludibundus dixerat: Converte partem corporis

Satis

Tb. T. ma.

Calsiod.

Lucan.

1. Jer. 9. 4.

Proprio dolo tyrannus est viduus

Car. con. se. tur. adaman. tis.

Petav.

Senec.

Idem.

Idem.

Offensis in poena virtutem & religio nem.

Prudent. Valerianum iri det.

Satis crematam iugiter, Et fac periculum, quid tuus

Valcanus ardens egerit: Et experimentum cape.

Sit crudum, an assum suavius. Praefectus inverit iuber.

Tunc ille: Coctum est, devora.

3. Delicijis prius quem provocaverat, cruciatibus modo tyrannus dirisime vexat; sed se illusum, atque derisum clamat. Ridemur. ibid. v. 553. Irritus & victus luget, qui in victoriam penis & delicijis supplantare cogitavit. Dicit nostra Tautologia. Supplantans supplantat. Frustratus est dolus, cum ipse ex virtute Laurentij supplantatione propria supplantatus: equidem propter peccatoris invincibilem fortitudinem; supplantavit tyrannum supplantatorem: tot quippe petium illecebrarum atque terroris insidij; flectere namquam valuit, nec delicijis nec tormentis. Excanduit quod non valeret utriusque extremi cogitatione: virtuti etenim athleta ipsa tormenta delitiae. Obiecit oculis Praeses generis omnia tormentorum, ut terreret, inquit Tamaus, d. etenim saepe specie iacent, qui patientia restitulent.

